



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

253. An clausula ex certa scientia apposita in Bullis Pontificis
confirmantibus privilegia regularium reviviscere faciat, & innovet,
privilegia revocat? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Mexicano. Ergo tempore Pij Quinti omnium priuilegorum cumulo ditati fuimus, ac si Concilium non praecessisset, cui succedit in Pontificatu Gregorius Decimus Tertius.

Sup. hoc in Refol. 1. non seq. figurae in § Sed non inter mediū & finē, verū Ex his, & supra in Refol. 12. & in his eius prima nos.

Sup. hoc ad literam, infra in Ref. 2. 5. § Sed non. Sed leg. eā per tot m. Ref. 2. 5.

14. Quarta decisio: Certissimum est, nunquam per Gregorium XIII. reuocata fuisse nostra priuilegia in foro conscientia, peculiare Doctores afferentes non fuisse etiam in exteriori foro abolita vel restricta, quibus ipse in hac parte non aliorum. Et hæc omnia docet Hinojosa *vbi supra*, qui postea latè hanc quartam conclusionem stabilire conatur.

15. His tamen minime obstantibus, contrariam

sententiam sustinendam, & practicandam esse puto, cùm opinio Patris Hinojosa sit contra stylum,

& proxim Romanæ Curie, & aduersus Religiosum Hispanum, alium Religiosum Hispanum aducam, & is est Pater Magister Nicolaus Braus in tractatu Monastico capi. 1. numero 8. *cum sequentib.*

vbi inter alia sic afferit. Solum potest esse dubium de priuilegiis illo Pij, quod incipit, *Et si Mendicantum, &c.* quod etiam pro nostra obseruantia Hispania, sicut pro aliis expeditem habemus *tract. 3. priuileg. 8.* vbi plura non obstante Concilio conceduntur. Et quidem hoc, dum durauit eius valor, rite frui poteramus; Vertantem cessauit iam per reuocationem Gregor. XIII. in Bulla, quæ incipit, *In tanta rerum & negotiorum mole, &c.* tamquam tales litteræ nunquam emanassent. Et quamvis Henriquez libr. 7. in *indulgent. capit. 2. 4. in fine sub verbo videtur*, dicat non fuisse promulgatum, aut vnu receptam hanc reuocationem Gregorij: Sed oppositum tenet Flavius Chetubinus in *Compend. Bullar. tract. 2. de constitut. 9. Gregor. XIII. Schol. 1.* Quaerant ad eandem Bullam, Paulus Piascarius in *praxi Episcop. 2. part. cap. 3. artic. 6. numer. 8.* Emanuel Rodriques tom. 3. question. 74. artic. 16. Tamburinus *tomo 1. de iure Abbat. disputatio 17. questione 1. numero 16.* & ita censeo cum eisdem & aliis.

16. Obiicies ex eodem Henriquez, & ex Bullario Emanuel Rodriq. Idem priuilegium esto sit reuocatum à Gregorio XIII. ac fuisse ante confirmationum pro foro conscientia à Pio Quinto Minoribus ad instantiam Generalis illorum, sed viuæ vocis oracula non fuerunt reuocata, vt potè quæ pro foro conscientia concessa nullum in exteriori foro diffiduum pariebant, vt ait Emanuel *tomo 1. question. 8. articulo nono*. Vel qui nomine confirmationis non consentitur reuocata oracula, vt ait Henriquez *vbi supra Llamas 4. part. num. 1. capit. ult. §. ultimo*, & eisdem citatis cum aliis Tamburin. *vbi supra disput. 16. questione 2. numer. 1. ergo, &c.* Nihilominus etiam hæc ita essent, solum aequaliter, illud viuæ vocis oraculum fauere Minoribus, quibus immediate datum & concessum est. At vero cùm nostrum non fiat nisi per extensionem, quæ non communicat aduersaria Concilio modo dicto; nihil prodest, protiv dixi *numer. 8.* præterea etiam viuæ vocis oracula reuocata sunt primò à Gregorio XV. excipiente quæ facta sunt Cardinalibus; deinde absolute etiam Cardinalium manu firmata ab Urbano VIII. anno 1611. vt constat ex Bullis apud citatum Tamburinum *tomo 2. disputat. 15. question. 7.* licet Leander recens & diligens Auctor *tomo secundo tr. 9. de matrin. disputat. 24. question. 16.* velit non esse reuocata oracula, quæ ante confirmationem dicti Gregorij XV. sortita sunt effectum, quod de effectu in individuo concedo, vt quod iam in aliquo casu, & persona virtute Oraculi factum inuenit reuocatio, maneat, & non irritetur, nec amplius aequaliter declaratio Authentica Cardin. ab ipso adducta;

Nom. vero quod in specie maneat vnu oraculi validus, sic enim inanis esset reuocatio, quæ vt sic ad precedencia etiam referatur. Aliud est, quando oracula vnu Pontificis determinatè per alterius Bullam, aut constitutionem confirmarentur, sicut translat in constitutionem, quod non praefat quævis concessio aut confirmation, vt obstat reuocationi, nisi adiunctis aliis congruentis, & rationibus ab eodem in suo casu adiunctis, quod facilius admittit. Ceterum in nostro puncto neutrum habet vim, aut locum. Hucusque Braus; & quidem iudica, tu amice Lector, si sit verisimile alterum Hinojose, nempe Pium IV. in illa confirmatione Priuilegorum voluisse derogare statim post annum id quod Patres Concilij Tridentini tam mature paulò ante considerauerant, & in illo sacro cœo statuerant, & inde si nunc confirmarentur omnia priuilegia alicuius Religionis ex certa scientia, non addita illa limitatione, dummodo Concilio Tridentino non sint contraria, manebunt confirmata, & restituunt omnia, etiam si contraria sint Tridentino, quod difficile creditur est, alias per confirmationem priuilegorum Societatis Iesu, in qua non ponitur illa limitatio, vt refert Suarez liber. § de legibus capite 19. numer. 2. omnia illius priuilegia reuocata per Concilium essent restituta, quod tamen etiam ipsa societas non agnoscit ex vitalium confirmationum; vt obseruat Merolla *tr. 3. dict. 6. c. 5. dub. 2. diff. 1. num. 46.*

17. Et quad doctrinam de clausula ex certa scientia, in qua se fundat Hinojosa: aliqua olim aliena in *part. 10. contra Vitalem*; nunc altera, aliquis docere hanc clausulam non sufficeret, quando Princeps concedit priuilegium contra legem habentem clausulam derogatoriam ad priuilegium, ita *Part. 10. norm. in cap. normulis de scriptis num. 10.* & ibi *Fel. 1. numer. 5. & seq. Moneta de commun. ultim. vol. cap. 1. numer. 17. 18.* Et hanc sententiam tenemus sequentes; qui dicunt confirmationem priuilegorum factam cum clausula, *ex certa scientia*, non refutare priuilegia à iure reuocata, idem videtur apte ut sentire Decius *consil. 3. 4. numer. 10.* dum afferit maiorem vim habere, seu potentiores esse clausulam derogatoriam, *non obstantibus*, & quæ clausulam, *ex certa scientia*; Affertor tamen Patri Hinojosa non omnia priuilegia Ordinum Mendicantium fuisse reuocata per Consilium Tridentinum etiam in decreto, in quibus statutum contrarium ipsi priuilegiis, Itaque non omnia decreta Concilii, etiam ea quæ sunt contraria nostris priuilegiis, seruanda sunt cum derogatione ipsorum; sed solum illa cum reuocatione priuilegorum intelliguntur observanda, in quibus statuitur aliquid contrarium priuilegiis obseruandum, non obstantibus priuilegiis.

RESOL. CCLIII.

An clausula ex certa scientia apposita in Bullis Pontificis confirmantibus priuilegia Regularium reuocatur, & innonei priuilegiis reuocata? Exp. 11. tr. 2. & Msc. 2. Resol. 7.

§. 1. **A** Firmatissimam sententiam docet Bruno *part. 1. tract. 1. capit. 2. proposition. 4. vbi* sic ait, Quoties ex certa scientia priuilegia antea per speciale rescripti, aut Bullæ clausulam reuocatoriam abrogata, confirmantur, validi est confirmatione corundem, licet non fiat mentio huiuscmodi, & clausula reuocatoria. Ratio est, quia haec clausula, ex certa scientia, habet vim novæ concessionis, &

De Dubiis Regularium. Ref. CCLIII. 165

¶ & inuidalitorum reuidalitionis : ergo si ex sua na-
tura reuidal inuidata , seu reuocata , fructu
ret clauſula reuocatoria mentio. Sic tenet Glossa , in
cap. Sicut graue de Transact. in cap. veniens , eod. sii. &
in cap. Quia diversitas , de conſeſſione Præbenda ; Sigil-
mundus à Bononia tract. de eleſt. part. 2. c. 4. dub. 76.
n. 6 Rofella verb. Absolutio. n. 4 Portell. verb. prineiplegy
Glossaria . 8. Marcellinus à Sancto Benedicto

confirmatio, & Marcellinus a Sancto Benedicto in
compendio privilegi Fuljenſianus, verb. priuileg. in notabili-
bus. vbi docet ex Eman. Roder. qui est huius fe-
tentia, quod tria operat p̄dicta confirmatio ex
certa scientia. Primum, quod priuilegia sic confirmata
sunt firmioris auctoritatis. Secundum, quod si minus
sunt valida, sunt valida, & sic validat nulla, & invalida,
dando nouam vim. Tertium, propter auctoritatem
confirmatis nullus (uperior, i.e. Praetulus potest de
illis cognoscere, sed solus Papa. Eundem etiam effe-
ctum operatur clausula, de plenitudine potestatis: vt
cit Roder. & Marcell. cum aliis asserint: Clauſula
verò, de novo concedimus: non operatur eodem
effectu, sed facit tantum illa reuincere, si in vſu
efficit, & impedit praescriptionem per non vſum. At
verò clausula simplex, confirmamus, nihil ferè ope-
ratur, ut in tract. de exempt. latius ex Doctoribus, &
Canonibus ostendemus: Sic etiam Miranda in Ma-
nuali tom. 2. quaſt. 45. art. 1. vbi egregie hanc clausu-
lam, eiusque effectus cum aliis clausulis explicat. Ita
Brunus.

2. Et ei sententiam sequitur doctissimum Magister Donatus Rerum, Regular. tom. 1. tract. 11. quest. 3. vbi probat clausulam, ex certa scientia, habere cum confirmandi actum nullum, reddendo illum de invalido validum, & validare id, quod prius erat nullum: idem est, quod de novo concedere; Quod melius & efficacius operatur, si re vera à Principe confirmante praecessere cognitione defectu, seu nullitatis prioris privilegij, quod confirmat, ita vt aliquid conset, Principem scire, vel sciuisse, illa privilegia, que confirmat, fuisse amissa, vel revocata; ita Alexander, consil. 1. incep. script. num. 20. ver. praemissio. Vital. de claus. in tract. clausul. in clausul. ex certa scientia, & Tutch. rom. 2. lit. C. concl. 24.1. numer. 20. Dixi, melius, & efficacius; nam ad operandum, & inferendum in beneficium priuilegiati, satis est, quod clausula, Ex certa scientia, addatur, & continueatur in privilegio, quod expeditur, abfque eo quod aliquid conset de prævia scientia Principis, quoad ea qua confirmat ex certa scientia. Alias, omnes Principis concessiones ex certa scientia, essent incertæ, & præcisæ priuilegiorum confirmationes, quia enim facte potest, an Princeps, vel Papa præficuerit, & exacte examinaverit valorem priuilegiorum Regulorum, que confirmare intendit: & an præcognoverit illorum nullitatem, & defectus: tum quia, non licet stare in faciem Principis, eique dicere, *Mentiens*, nam loquela tua rei non correspondet, prout est in te: ex quo res est, vel non est: oratio dicitur vera, vel falsa: etenim sermo versus correspondet rei, prout in te est. Quapropter etiæ fortè Pontifex non habeat exactam notitiam corrum priuilegiorum, qua confirmat, censetur, & presumitur habere efficacem voluntatem confirmandi priuilegia amissa, vel revocata, sicut opus est, & indigent: & hæc voluntas haberi potest sine cognitione rei, vt est in te, & sufficit ad validandum priuilegia, si quæ fortè in te sint nulla, & revocata, etiam cum corrum nullitas, & revocatio Domino Papæ sit ignota.

3. Quemadmodum Religiosus dubitans de valore
fine professionis, illam ratificat per nouum conser-
fum, & dicitur ratificate ex certa scientia, non quia
agnoscat illam tam nullam, sed quia non cognoscit
fuisse validam, & nihilominus absolute vult nunc

illam de nouo facere , & validare , si necesse sit . Item , sic etiam practicatur in absolutione censurorum in collatione beneficij , & dignitatis , nam ab solvuntur Beneficiati , & Personati ab omni vinculo excommunicationis , suspensionis , & interdicti , si forte reperiantur quoquo modo innovati ad effectum dumtaxat illorum conlequendum . Sprout est videre in corum Bullis .

4. Sic item , in magnis festiuitatibus Regularium superiores , suos abfoluant subditos , & cum illis dispensant super irregularitatibus , si quam , vel si quas contraxerunt , iuxta facultatem ipsius traditam per eorum priuilegia , & specialiter ; & tamen hi superiores subditorum impedimenta , vt in le fuit , hic & nunc haud cognoscunt ; quare scientia non obstante superiorum abfolutio , seu habilitatio valet , & tenet ita Gloss . in cap . statutum , ver . litterarum , de rescriptis in 6. & Clem . 2. eod . tit . Bald . in L . Imperata , colum . 1. Censur , refindi non posse . Suan . 1. 8. de legib . cap . 1. 8. num . 1. 4. Sanchez tom . 1. summ . lib . 7. cap . 29. cum aliis multis , quos refert Merolla in d . tom . 3. de primil . disp . 6. cap . 2. num . 114. fol . 65. vbi ad partes disputat , & bene resolut : quod satis sit resoluta . voluntas Principis ad confirmandum , & confirmata valent , absque eo quod consetet de praesentia Principis , prout censuit Rota anno Domini 1614. coram bon . mem . Buratto die 27. Ianuarij apud Farinac . decis . 513. num . 6. in 2. part . recent . Et hae omnia docet Donatus , vbi supra .

Hanc etiam sententiam tenent plures Doctores quo^s citat, & sequitur Sebastianus à Bononia de elect. part. 2. capit. 4. dubit. 73. numer. 7. & Bordonius in Consilio Regul. tomo secundo, resolutione 52. numero 63.

5. Sed ut verum fatear, ego nunquam potui ac-
quiescere huic doctrinæ, qua si vera esset; corru-
ent plures Bullæ Pontificiæ, ac ad nihilum deferu-
rent, & sapientis Pontifices hodie defuerint id quod
heri ædificauerunt, quod verisimile non est. Ideo con-
traria lètentia adhæresco, & astero, quod dicta
clausula, Ex certa scientia, non operatus circa ea,
qua in factò consilunt, de quibus præsumuntur
Præcepis non habere noticiam, sed tantum quoad
ea quæ iuri sunt, quæ non præsumuntur à Princi-
pe ignorari, vt docent Felini in cap. cum inter num. 5.
ver. intelligenter. De except. Alexand. conf. 12. 3. n. 20.
verbo Præmitto, & num. 2. 2. & seq. vol. 4. Bald. lib. vltim.
num. 9. ver. Dicas etiam C. sentent. rescin. non posse. Dec.
conf. 4. o. 7. n. 23. Parisi. confil. 1. numer. 8. 1. lib. 1. & confil.
4. numer. 28. & confil. 7. 4. numer. 29. lib. 4. Menoch.
confil. 1. numer. 4. 3. 2. & confil. 2. num. 3. 30. Curtius Sen.
confil. 4. 9. numer. 3. 5. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 1. 10.
numer. 8. 3. Dec. in cap. Ad hac. ver. & predicit a conclusio
de scripti. & confil. 1. 9. numer. 6. Caffren. confil. 1. 5. 9.
in fine. Socin. Iuni. conf. 3. 2. numer. 4. & sequent. volum. 3.
Menoch. lib. 2. præscript. 1. 20. num. 2. Cotta in memor.
verb. clausula. Vantius de nullis. tit. de null. ex defectu
iuris. de leg. numer. 5. 8. Tufchi. littera C. conclut. 3. 40.
num. 4. 4. & conclus. 3. 4. 1. numer. 20. Brunor à Sole in
Compend. verb. clausula. 1. 8. Marchesan. De commiss.
part. 2. cap. 3. 57. num. 9. 4. Rodolph. de suprema Princi-
piis potestate cap. 6. num. 5. Vincent de Franch. dec. 19. 2.
numer. 1. 8. Aldrete. Pro omni exempli. Regul. part. 2. c. 1.
num. 11. Molina lib. 2. de Primogen. cap. 7. num. 21. Gar-
zias de benef. pars. 3. cap. 2. num. 2. 3. 2. Seraf. decis. 2. 6. 8.
num. 5. Riccius in Collectan. par. 5. Collect. 1. 9. 2. in fine.
Sanchez lib. 8. de matrim. dis. sp. 4. numer. 6. Tamburini
de iure Abbat. tom. 1. disp. 1. 8. quæst. 6. numer. 1. 8. Rota
apud Farinac. decis. 1. 2. 8. numer. 6. & seq. tom. 3. Quia
nimur præsumunt scientia in iis, quæ sunt iuriis
cap. 1. de confit. in 6. in ipso Principe, non autem
quoad ea, quæ sunt facti; & id, nisi constet de
informatione

informatione Principis, hæc clausula nihil operatur circa ea, quæ sunt facti.

6. Itaque dicendum est, quod non potest confirmatio in forma specifica prouenire à principe nisi secundum suam speciam formam sit ab ipso volita, & non potest esse volita nisi mente concipiatur, & sicut cognita, & non potest mente concipi, nisi cognitio Principis tendat in illud speciale, quod confirmat, secundum omnes ipsius circumstancias; nam confirmation in forma specifica dicit quod res in specie secundum suum esse determinatum, & circumstantiatum, ita confirmetur, vt ex voluntate confirmantis absolute valorem accipiat, ac si ab ipso de novo fieret. Quando autem Princeps non inferit tenorem rei confirmatae, aut non constat habuisse plenam informationem, non dat valorem rei secundum esse determinatum, nec declarat suam voluntatem, quod tendat in rem confirmatam secundum esse determinatum & circumstantiatum; voluntas autem, quæ non exprimitur pro forma specifica, non valet pro forma specifica, quia tantum solam operatur quantum se declarat velle operari.

7. Nec obstat dicere, hanc clausulam: Ex certa scientia, operari, vt habeatur præsumptio informationis in Principe, vt latè tradit Alex. Consil. 1.5. num. 2. lib. 5. & Rota apud Farinac. Decis. 180. num. 2. part. 1. Recent. Resp. obstat huic præsumptioni præxim ipsam, nam talis clausula, & alia similes solent de consuetudine apponi, etiam Princeps non fuerit in specie informatus; sed solum signauerit supplicationem, in qua tamen non continebatur information in specie. Hinc cum Sextus IV. confirmasset præiugia Minorum cum clausula. Ex certa scientia, motu proprio, mera voluntate, & de novo concedimus, Iulius II. in Bulla, quæ incipit, in militantis Ecclesiæ agro, apud Rodriguez tomo primo Bul. responderet non fuisse confirmata præiugia, quæ non erant in vlo; suffit autem confirmata, si clausula: Ex certa scientia apposita, faceret quod confirmatio esset in forma specifica, nam talis confirmatio restituit præiugia amissa, cùm sit noua concessio. Hinc non habet vim nouæ concessionis huiusmodi clausula, nisi constet quod Princeps habuerit plenam notitiam, vt notat Rota Dec. 166. n. 7. part. 1. Recentior. apud Farinac. & dec. 192. n. 2. p. 1. Recentior. apud eundem.

8. Nec etiam obstat, quod si dicta clausula non cauaret effictum confirmationis specifica reddenter, incertæ omnes confirmationes Pontificis, Præfertim præiugiorum, nam semper dubitari posset, an examen exactum fuerit, an fuerint cognitæ nullitates, &c. Respond. Hoc non sequi, si tenor rei confirmatae fuerit insertus, aut eiusdem substantia, aut falsum Princeps declarat præmissum debitum examen, & plene fuisse informatum; nam tunc præsumendum est, quod Princeps in confirmingando recte funditus sit munere suo, atque præmiserit omnia ea, quæ erant præmittenda. Et hæc omnia Pater Bruno inueniet apud duos Doctores Regulares, Zachariam Pasqualigum in qq. Canon. Centur. 2. quæst. 107. per totam. & Iacobum Ragum de Regim. Regul. Centur. 2. tract. 8. dub. 161. concl. 1.

9. Hinc infurter contra Giuniparum in D. f. Iur. Pontif. disp. 2. quæst. 2. cap. 3. num. 17. Quod etiam si Pontifex moueat ad confirminganda præiugia, aliquius Religionis, non ad instantiam alicuius, sed ex amore, & devotione erga tales religiones, neque adhuc clausula: Ex certa scientia, sufficeret, ex se sola: absque tenore præiugiorum inserto, aut eorumdem substantia, aut falsum nisi constaret, quod Princeps procederet cum plena informatione, vt confirmatio esset in forma specifica. Quia est impossibile, quod

confirmatio sit in forma specifica, nisi procedat ex cognitione specifica determinata, & explicita rei, que confirmatur, non secus, ac est impossibile, quod in voluntum, quod non est cognitum; quia non potest facere, quod mente non concipit, cum operio procedat ex scientia; nec potest concipere confirmationem in forma specifica, nisi habeat notitiam in specie, & explicite illius quod confirmat. Quod valet, etiam velut suprema potestate, & plenitudine ipsius, quia nec potest plenissima, se extendit ad impossibilia. Ritus etiam simul adhibeat clausulam, *Mors propria*, & qualilibet alias quantumvis prægauantissimas, nam, quæcumque sint tales clausulae, non operantur ultra intentionem confirmantis, & intentio non operatur ultra id, quod mente concipitur, quia est impossibile, quod intentio sit eorum, quæ non sunt mente concepta, & nemo vult, quod non potest. l. *Lucus & Imperatores ff. Ad municip. & l. Si tibi §. V. viii. ff. de ep. leg.* Et ex his soluta manent, quæ pro se affect Giunipar. Et hæc omnia docet Pasqualigum à me* alibi citat, in qq. Canon. Centur. 1. quæst. 107.

10. Nota verò, quod etiam stando in prima tentia Bruni, & aliorum, dicendum est moderatione indigere, nam si præiugia sunt per ius commune, aut per Concilium generale reuocata, illorum confirmationis non valeret, nisi vel de dictis iure communi, & Concilio mentionem faceret, vel verbis, ita contraria concepta efficeret, vt cum dictis iure, & Concilio non posset vlo modo conciliari. Et idem Leander à Murcia in Regul. Sancti Francisci questione 18. cap. 6. man. 8. ait, [De todo lo dicho se saca, que quando la confirmacion se hace ex certa scientia, renalida el Papaá en ella el præiugio renovado de su predecesor, o præiugios por el renovados, aunque sea por special bula, o por special revocation; salvo quando el præiugio fue renovado por el derecho comun, como por el Concilio Tridentino, o por otros derechos: porque en estos casos, los præiugios renovados, por derecho, no es visto querer el Papa confirmarlos, ni renalidarlo, aunque confirme ex certa scientia, si no hace expressamente de la reuocacion por derecho; y dice que no obstante ello quiere confirmar.] Ita ille, cui addit Brunum, vbi supra, & Portell. in Dubiis Regul. ver. præiugiorum confirmatione. 33.

11. Nota etiam, quod si in Confirmatione præiugiorum, ex certa scientia, apponatur clausula, dommodo sint in vlo, certum est præiugia renovata non requiri: Et idem Pellizarius in *Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 1. num. 2. 6.* sic afferit: Vel præiugium confirmatur in forma communis, & sic confirmatio nullum ius nouum confert, nec validum facit præiugium, quod anteac erat invalidum: cùm talis confirmatione non sit concessio præiugij, sed para ratione pro statu, in quo erat; vel confirmatur ex certa scientia; & sic confirmatio est noua concessio talis præiugij (si tamen ab initio fuit validum) confirmatione liquidem ex certa scientia habet vim confirmandi auctum, seu præiugium alias nullum, reddendo ipsum de invalido validum: quod est præiugium de novo concedere: intellige, modo Princeps confirmans ex certa scientia non apponat aliquam clausulam, qua dicat se nonne confirmingare præiugium alias nullum: vt si dicat, *Quatenus sunt in vlo?* Dummmodo Concilio Tridentino non sint contraria: Propt in libris Ordinum reperiuntur: Dummmodo sub vllis reuocationibus non comprehenduntur; tunc enim non confirmingantur præiugia ex certa scientia; Vide etiam Portel. ubi supra 26. cas sequenti.

RESOL